MONAS. Quia numerus est principium sapientiae, ierus principium est exemplar in Deo, tum quia :o ceterae scientiae auferuntur, et ideo iste phi- ɔ describit Deum numero.

etius: Quicquid est in propria natura immobile, ɔd nunquam esse desinit, nunquam esse possit haec sola unitas est, et quae ab unitate formantur; ısdem naturae non sunt, cuiusmodi sunt impares ɔinario procedunt, uariabiles et infinitae substan- e Plato: Quicquid est in mundo eiusdem naturae ɔcat et aliud putat in sua natura permanere quod ·um principium, indiuiduum, inconiunctum. Aliud : permutabile.

Per hoc innuit genitum idem in substantia. Vnde s in se ipsa multiplicata nihil procreat nisi uni- Semel enim unum nihil aliud est quam ipsa psum unum. Et causa est quod enim interuallo gignendi interuallum non habet, ac si diceret: pura forma, non habet uirtutem distantiae quae ıteria. Vnde nota quod si addes punctum puncto,

'R

ırist., *Metaph.* V, 6, 1016b18/20 – Vuillemin-Diem, AL 25
10/18 Boeth., *De inst. arithm.* II, 32 – Friedlein 125, 7/11.
20/23 Boeth., *De inst. arithm.* II, 4 – Friedlein 88, 2/5.
Cant., *De incarn. uerbi* 15 – Schmitt II, 34, 6/7.

t monas] monadem *add. S, om. R* Quia] quare *Z W* sa- *R* **7** tum[1]] *om. Z W* numerus] est *add. et del. O* *Z W* **8** scientiae] naturae *R* **11** definitum] infinitum

nihil fit nisi punctum. Sic inquit Macrobius: Plenitudo est in rebus diuinis tantum; corpora enim, quia fluunt et refluunt, nullo modo sunt plena. Sed est plenitudo plena ut anima, plenior ut intelligentia, plenissima ut Deus.

30 MONAS. Id est non formatum, sed prima forma. Macrobius: Deus enim est monas, id est fons et origo omnium rerum, neque principium neque finem sciens. Quae monas Deum eiusque intellectum ab aliis sequestrat. Haec monas, a prima rerum causa orta ad animam, ubique integra atque indiuidua, conti-
35 nuationem potestatis obtinet.

VNVM ARDOREM. Id est ardorem existentem in eadem unitate secum. Boetius: Vnitas, primo loco, est immutabilis substantiae eiusdemque naturae, dualitas autem est principium alteritatis. Primum, impar numero, loco secundo, propter cognationem uni-
40 tatis est immutabilis substantiae et eiusdem naturae.

II
DEVS EST SPHAERA INFINITA CVIVS CENTRVM EST VBIQVE, CIRCVMFERENTIA NVSQVAM.

1. HAEC DEFINITIO DATA EST PER MODVM IMAGINANDI VT CONTINVVM IPSAM PRIMAM CAVSAM IN VITA SVA. TERMINVS QVIDEM SVAE EXTENSIONIS EST SVPRA, VBI ET EXTRA TERMINANS. PROPTER HOC VBIQVE EST CENTRVM EIVS, NVLLAM HABENS IN ANIMA DIMENSIONEM. CVM QVAERIT CIRCVMFERENTIAM SVAE SPHAERICITATIS, ELEVATAM IN INFINITVM DICET, QVIA QVICQVID EST SINE DIMENSIONE SICVT CREATIONIS FVIT INITIVM EST.

26/28 Macr., *Comm. in Somn. Scip.* I, 5, 3 – Willis 15, 4/7. **31/35** Macr., *Comm. in Somn. Scip.* I, 6, 7-9 – Willis 19, 27/30; 20, 9/11. **37/40** Boeth., *De inst. arithm.* II, 36 – Friedlein 132, 23 - 133, 2.

26 fit nisi] om. S O C Z W

2b. DEVS EST MONAS. Quia numerus est principium sapientiae, tum quia numerus principium est exemplar in Deo, tum quia numero sublato ceterae scientiae auferuntur, et ideo iste philosophus primo describit Deum numero.

MONAS. Boetius: Quicquid est in propria natura immobile, definitum, quod nunquam esse desinit, nunquam esse possit quod non fuit, haec sola unitas est, et quae ab unitate formantur; quae autem eiusdem naturae non sunt, cuiusmodi sunt impares numeri qui a binario procedunt, uariabiles et infinitae substantiae sunt. Vnde Plato: Quicquid est in mundo eiusdem naturae est. Alterius uocat et aliud putat in sua natura permanere quod est omnium rerum principium, indiuiduum, inconiunctum. Aliud est diuisibile et permutabile.

MONADEM. Per hoc innuit genitum idem in substantia. Vnde Boetius: Vnitas in se ipsa multiplicata nihil procreat nisi unitatem semper. Semel enim unum nihil aliud est quam ipsa unitas, est et ipsum unum. Et causa est quod enim interuallo caret. In uim gignendi interuallum non habet, ac si diceret: unitas, cum sit pura forma, non habet uirtutem distantiae quae procreet ex materia. Vnde nota quod si addes punctum puncto,

I 2b. *S O G Z W R*

I 2b, **6/9** Cf. Arist., *Metaph.* V, 6, 1016b18/20 – Vuillemin-Diem, AL 25 (2), 93, 10/13. **10/18** Boeth., *De inst. arithm.* II, 32 – Friedlein 125, 7/11. 16; 126, 2/6. **20/23** Boeth., *De inst. arithm.* II, 4 – Friedlein 88, 2/5. **25/26** Cf. Ans. Cant., *De incarn. uerbi* 15 – Schmitt II, 34, 6/7.

I 2b, **6** Deus est monas] monadem *add. S, om. R* Quia] quare *Z W* sapientiae] sapiencia *R* **7** tum[1]] *om. Z W* numerus] est *add. et del. O* exemplar] extra *Z W* **8** scientiae] nature *R* **11** definitum] infinitum *Z W* **12** formantur] formatur *O* **13** cuiusmodi] cuius *S O*, eius *Z W* **13/14** impares numeri] *inu. R*, impares *om. Z W* **14** procedunt] recedunt *R* **14/15** substantiae sunt] *inu. O R* **16** est] et *O G Z W R* **17** principium] primum *R* inconiunctum] incontinuatum *Z W* **18** est] *om. R* diuisibile] indiuisibile *O G Z W* **19** genitum] unigenitum *R* **20** ipsa] *om. O* nihil] *om. Z W* procreat] procurat *O* **22** unitas est] *om. O*, est *om.*

nihil fit nisi punctum. Sic inquit Macrobius: Plenitudo est in rebus diuinis tantum; corpora enim, quia fluunt et refluunt, nullo modo sunt plena. Sed est plenitudo plena ut anima, plenior ut intelligentia, plenissima ut Deus.

MONAS. Id est non formatum, sed prima forma. Macrobius: Deus enim est monas, id est fons et origo omnium rerum, neque principium neque finem sciens. Quae monas Deum eiusque intellectum ab aliis sequestrat. Haec monas, a prima rerum causa orta ad animam, ubique integra atque indiuidua, continuationem potestatis obtinet.

VNVM ARDOREM. Id est ardorem existentem in eadem unitate secum. Boetius: Vnitas, primo loco, est immutabilis substantiae eiusdemque naturae, dualitas autem est principium alteritatis. Primum, impar numero, loco secundo, propter cognationem unitatis est immutabilis substantiae et eiusdem naturae.

II
DEVS EST SPHAERA INFINITA CVIVS CENTRVM EST VBIQVE, CIRCVMFERENTIA NVSQVAM.

1. HAEC DEFINITIO DATA EST PER MODVM IMAGINANDI VT CONTINVVM IPSAM PRIMAM CAVSAM IN VITA SVA. TERMINVS QVIDEM SVAE EXTENSIONIS EST SVPRA, VBI ET EXTRA TERMINANS. PROPTER HOC VBIQVE EST CENTRVM EIVS, NVLLAM HABENS IN ANIMA DIMENSIONEM. CVM QVAERIT CIRCVMFERENTIAM SVAE SPHAERICITATIS, ELEVATAM IN INFINITVM DICET, QVIA QVICQVID EST SINE DIMENSIONE SICVT CREATIONIS FVIT INITIVM EST.

26/28 Macr., *Comm. in Somn. Scip.* I, 5, 3 – Willis 15, 4/7. **31/35** Macr., *Comm. in Somn. Scip.* I, 6, 7-9 – Willis 19, 27/30; 20, 9/11. **37/40** Boeth., *De inst. arithm.* II, 36 – Friedlein 132, 23 - 133, 2.

26 fit nisi] *om. S O G Z W* punctum] punctura *G Z W* Sic inquit] sed dicit *Z W* **27** diuinis tantum] *inu. Z W* **28** Sed - plena] *om. Z W* plena[2]] *om. O* **30** non formatum] informatum *Z W* **31** fons - rerum] factus et origo *O* **32** principium] principia *S O* Quae] quia *Z W* eiusque] eiusdem *G*, eius quia *Z W*, et eius *R* **34** integra ... indiuidua] integram ... indiuiduam *R* **35** obtinet] continet *praem. et del. G* **36** ardorem] unum *add. O* **36/37** in - secum] *om. O* **37** est] *om. R* **38** dualitas] qualitas *R*, est *add. W* **39** impar] imponitur *S O Z W*, interponitur *G* loco secundo] *inu. O* cognatio-

2a. ⌜SPHAERA⌝ quia lux infinita generans radium siue splendorem infinitum, reflectendo se supra se.
⌜INFINITA⌝ quia mundus archetypus est continentia infinitarum idearum.
⌜VBIQVE⌝ scilicet in reflexione gignentis ad genitum et e conuerso.
⌜CIRCVMFERENTIA⌝ id est sapientia genita.
⌜NVSQVAM⌝ quia elata super omne infinitum nullo includitur, et dico in infinitum non quantitatiue, sed simplicitate suae naturae.
⌜CONTINVVM⌝ non quantitate, sed simplicitate naturae per reflexionem a gignente in genitum.
⌜SVPRA⌝ quia nullo includitur.
⌜TERMINANS⌝ scilicet ipsum.

2b. Commentator tria facit: primum est propter quid datur definitio, secundo exponit, tertio dat causam talis expositionis.
⌜IMAGINANDI⌝ quia forma est sine principio et fine essentialiter, cuius immensitas nulla clausione finitur, ideo infinita, scilicet infinitae essentiae diuinae.
⌜VT⌝ scilicet non quantitatiue, sed simplicitate naturae a gignente in genitum per reflexionem.
DEVS EST SPHAERA. Hic describit Deum in sua dimensione, ponens quattuor proprietates totificantes primum per circumlocutionem.

II 2a. *C*

II 2b. *SGZW, O* (**13/17** Commentator - diuinae, **20/42** Deus - totum), *R* (**13/14** Commentator - expositionis, **20/40** Hic - includitur)

II 2a, **5** gignentis] gingnantis *C* **6** sapientia] raptencia *C*

II 2b, **13/17** Commentator - diuinae] *huc transposui, post* naturae (I 2b, 40) *SGZWR* (*R* 13/14 Commentator - expositionis), *ib. uel post* centrum (II, 1) *O* **13** primum est] *om. R* quid] quod *O* **13/14** datur definitio] facit *del. et in marg.* datur diffinicio *R* **14** expositionis] etc. *add. R* **15** quia] quod *GZW* fine] sine *s. l. Z*, sine *W* **15/16** essentialiter cuius immensitas] cuius essentialiter mensitas *ZW* **16/17** scilicet infinitae] secundum infinitatem *ZW* scilicet - diuinae] *om. S* **18/19** scilicet - reflexionem] *huc transposui, post* imaginandi ut (II, 3) *SGZW* **18** non] *om. GZW* a gignente] [illegible] *GZW* **20** Deus est sphaera] *om. R* **21** ponens] proponens *R*

SPHAERA, quia lux infinita generans splendorem infinitum est, reflectendo se supra se. Vnde Boetius: Sphaera est circumductio et ad eundem punctum regressio uel reuersio, unde primum reflecti coeperat. Vnitas autem uirtute et potestate sphaera: quotiens unum multiplicaueris in se, ipsum unde coeperat terminatur. Si enim semel facias unum, redit unum, et si hoc iterum semel, idem est.
INFINITA, quia mundus archetypus est continentia infinitarum idearum. Vnde Auicenna: Scias quia mundus diuinus est ualde immensus, quia infinitus continens infinitas ideas ita quod in horizonte aeternitatis omnia ipse in se concludit.
CVIVS CENTRVM EST VBIQVE. Hoc sequitur necessario ex quo est infinita, et est centrum diuinitatis gignens et fons.
VBIQVE, scilicet in reflexione diuinitatis gignentis ad genitum et e conuerso.
CIRCVMFERENTIA, id est sapientia genita.
NVSQVAM, quia eius essentia supra omne infinitum non quantitatiue, sed simplicitate suae naturae, in illo includitur. Quia eius essentia est numerositas infinitarum idearum, in quarum qualibet est ipsa tota et ipsum totum.

---

* II 2b, **32/33** Berth. de Moosb., *Exp. sup. Elem. theol. Procli*, prop. 23 I – Sturlese, Pagnoni-Sturlese et Mojsisch 121, 348/349.

II 2b, **24/29** Boeth., *De inst. arithm.* II, 30 – Friedlein 122, 1/7; cf. Alan. de Ins., *Sermo de sphaera intell.* – d'Alverny 298. **31/32** Scias - immensus] Auic., *Metaph.* VIII, 7 – Van Riet II, 427, 73. **32/33** in horizonte aeternitatis] *Lib. de caus.* 2 – Pattin 50, 81/82.

---

23 infinita] magnificata *G* **24** supra] super *W* Vnde Boetius] *om. R* **25** regressio uel] *om. R* reuersio] requisicio *W* primum] prima *GZW* **26** reflecti coeperat] reflectit se spera *ZW* potestate] prefate *R* **27** unde coeperat terminatur] unde temptat *OG*, unum replicat *ZW*, ipsa ceperat natura *R* **28** enim] ei *O* **28/29** facias - semel] *om. ZW* **28** redit ... iterum] reddit ... tantum *SOG* **30** continentia] conuiencia *G* **31** Auicenna] autem *O* quia] quod *ZW* **32** infinitus continens infinitas] infinitas continens *R* **33** horizonte] corizante *O* ipse] *om. OR* **34** ubique] etc. *add. ZW*, *om. OG* **35** diuinitatis] deitatis *O* fons] factus *ZW* **36** scilicet in] *om. ZW*, in *om. OG* diuinitatis] deitatis *O* **39** supra] super *ZW* omne ... non] esse ... uero *O* quantitatiue] quantitate *ZW* **40** naturae] [illegible] *GZW* **20** Deus est sphaera] *om. R* **21** ponens] proponens *R*

III
DEVS EST TOTVS IN QVOLIBET SVI.

1. HAEC DEFINITIO DATA EST SECVNDVM CONSIDERATIONEM ESSENTIAE DIVINITATIS IN SVA SIMPLICITATE.
CVM NON SIT ALIQVID IPSI RESISTENS, IPSA SIMVL VBIQVE TOTA ENS, ET ETIAM SIMILITER SVPER ET EXTRA, VBIQVE NON DISTRAHITVR DEFECTV VIRTVTIS ALICVIVS IN IPSA DEFICIENTIS, NEC STAT TERMINATA VIRTVTE ALIENI DOMINANTIS.

2a. ⌜IN QVOLIBET⌝ in quolibet causato ab ipso, quod suum est.
Tria facit commentum: primum est iuxta quid datur definitio, secundo eam exponit, tertio dat causam talis expositionis ipsius definitionis.
⌜SIMPLICITATE⌝ prout sua simplicitas est in quolibet.
⌜SIMVL – ENS⌝ id est in sua simplicitate quia potentia ubique, et potentia et essentia idem.
⌜SIMILITER⌝ id est uniformiter.
⌜SVPER⌝ ut causa super omne causatum.
⌜VBIQVE⌝ quia nullo includitur, et ideo penetrat omne siue est intra omne, et hoc totum fit quia non etc.
⌜DISTRAHITVR⌝ ita scilicet quod uirtus sua sit diuisa.
⌜DOMINANTIS⌝ supra ipsam, et ideo extra omne est siue supra omne.

2b. DEVS EST TOTVS. Hic describit primum in sua simplicitate, innuens quod est in quolibet, et hoc quod totaliter in quolibet est, quia uniuersum est templum diuinum. Vnde Macrobius: Mundus est templum diuinum. Deinde quod ponit Tullius, ut qui ueneratur haec ut templa, cultum tamen maximum debeat primo conditori; sciat ergo quisquis in usum huius templi ingreditur, uel inducitur, ritu uiuendi sacerdotis.

III 2a. *C*

III 2b. *SOGZWR, H* (**17/18** Macrobius - diuinum)

III 2b, **18/21** Philo, *De spec. leg.* I, 66 – Daniel 48; Macr., *Comm. in Somn. Scip.* I, 14, 2 – Willis 55, 19. 24/27.

III 2b, **15** Deus est totus] *om. R* **16** quolibet] sui *add. R* **18** Mundus] uniuersum *et s. l.* mundus *H* Deinde] dictum *R* **19** haec ut templa] hic

EST IN QVOLIBET, quia primum est exemplar et substantia omnium rerum uel cuiuslibet rei. Vnde Dionysius philosophus summus: Essentia diuina est deductio omnium ad esse, et substantia omnium. Et omnibus est interior, et cum omnia segregata sunt ab ipso, in quantum est causa et principium, item est esse. Vnde Dionysius: Est esse cuiuslibet Deus. Non est ens, sed ipsum est esse entibus uel existentibus, non solum causaliter, sed etiam est ipsum esse existentium. Et subdit: Nihil est existens cuius Deus non sit substantia, et ipsum esse et aeuum. Totaliter est in quolibet, quia simplex est, nullam habens compositionem; quia si sic, haberet causam componentem. Est igitur impartibilis in omnibus, quia, quamuis in se sit res diuisa et multiplicatior, tamen in ipsa sunt omnia bonitate coniunctim et singulariter bene. Cum unitas sit impartibilis, tamen omnem continet numerum singulariter et complet; et in quantum numeri ab unitate procedendo recedunt, tanto in multitudinem aguntur.

24/26 Thom. Gall., *Expl. in Dion. de diu. nom.* 1 – Dionysiaca I, 675, 42; 676, 49. **27/31** Thom. Gall., *Expl. in Dion. de diu. nom.* 5 – Dionysiaca I, 692, 334-335; 693, 338. **31/33** nullam - componentem] cf. Nic. Amb., *Ars cath. fidei*, prol. – PL 210, 598B. **33/38** quamuis - aguntur] cf. Thom. Gall., *Expl. in Dion. de diu. nom.* 5 – Dionysiaca I, 693, 343-344.

---

22 quia] qui *R* exemplar] extra *W* **24** summus: Essentia] summum esse natura *ZW* **25** cum] tamen *R* **26** ipso ... quantum] ipso ... quam *G*, ipsa ... quem *R* principium] primum *ZW* **28** existentibus] essentibus *SOGZW* **29** est] *om. ZW* ipsum] *om. O* **30** sit] est *ZW* **31** aeuum] omnium *O*, ens *ZW* est in quolibet] in quolibet est *O* **33** Est] cum *G*
33/34 quia - ipsa] *om. G* **34** diuisa ... multiplicatior] indiuisa ... non multiplicata *R* multiplicatior] multiplicator *ZW* tamen] tum *S* **35** coniunctim] coniunctum *ZW*, coniuncta *R* **36** omnem] communem *S*, esse *R* singulariter] singulari *O* et[1]] *om. S* **36/37** in quantum] inquam *ZW*
37 ab unitate procedendo] procedendo ab unitate *R*, ab unitate *om. G*

XVIII
DEVS EST SPHAERA CVIVS TOT SVNT CIRCVMFERENTIAE QVOT PVNCTA.

1. ISTA SEQVITVR EX SECVNDA, QVIA CVM SIT TOTVS SINE DIMENSIONE, ET ETIAM DIMENSIONIS INFINITAE, NON ERIT IN SPHAERA SVAE ESSENTIAE EXTREMVM.
IGITVR NON EST IN EXTREMO PVNCTVS QVIN EXTERIVS SIT CIRCVMFERENTIA.

2a. Commentum duo dicit: primo docet modum intelligendi ipsam propositionem, secundo concludit propositum.
⌜SINE DIMENSIONE⌝ quantitatiue.
⌜INFINITAE⌝ scilicet intellectualis et diuinae siue idealis.
⌜SPHAERA SVAE ESSENTIAE⌝ scilicet intellectuali, ideali.
⌜EXTREMVM⌝ id est extremus intellectus siue extrema idea.
⌜CIRCVMFERENTIA⌝ quia non contingit in mente gignentis assignare ideam, quae est quasi punctus respectu eiusdem ideae in genitura quae est mens, quin contingit assignare infinitas ideas ultra, et sicut gignens est centrum respectu geniturae, sic infinitae ideae quae sunt in gignente dicuntur centrum earundem idearum in genitura.

2b. DEVS EST SPHAERA. Cuius esse est sphaericum, infinitum, intellectuale, ipsum tot claudit circumferentias quot puncta; quare non contingit extremum punctum. Sed esse primum est huiusmodi, cum immensum sit.

XVIII 2a. *C*

XVIII 2b. *SOGZWR*

---

* XVIII 2b, **13/16** Cf. Ioh. Gers., *Collect. sup. Magnif.* 10, 1 – Glorieux VIII, 466.

XVIII 2b, **13** Deus est sphaera] *om. R* sphaericum] spera cum *R*, *in lac. om. G* **14** claudit circumferentias] claudunt circumfferencie *R* puncta] *om. GZW* **15** quare non contingit] tangit *ZW* esse primum] omne primum

XIX
DEVS EST SEMPER MOVENS IMMOBILIS.

1. IMMOBILIS DICITVR DEVS QVIA EST SECVNDVM VNAM DISPOSITIONEM SEMPER, ET HOC EST ESSE IN QVIETE.
MOVENS SEMPER EST, QVIA VIVENS IN SE, TAMEN SINE ALTERATIONE. INTELLIGIT SE INTELLECTV SIMPLICI, ET HOC EST QVOD INTELLECTVS PERFICIT INTELLECTVM, ET INTELLECTVM EST FORMA INTELLIGENTIS.

2a. ⌜MOVENS⌝ quia uiuens siue uita, quae est processio non potens non procedere.
Commentum duo dicit: exponit primo ultimum, secundo primum.
⌜IN QVIETE⌝ et sic non nouum acquirit sicut alia mouentia.
⌜VIVENS⌝ quae uita est processio.
⌜PERFICIT INTELLECTVM⌝ scilicet reflectendo se supra se.
⌜FORMA INTELLIGENTIS⌝ quia genitura est forma gignentis.

2b. ⌜MOVENS⌝ quia est uita quae est processio non potens non procedere, scilicet SEMPER quia non est ad habitum.
Commentum duo dicit: primo exponit ultimum, et secundo primum.
IMMOBILIS EST DEVS. Et omne mobile in eo quod mouet acquirit aliquod nouum. Primum in quantum mouet non acquirit aliquod nouum.
DEVS EST SEMPER MOVENS duo dicit. Primum est quod Deo inest motus intimus qui est motus sine motu, et ideo subiungit secundo quod sine motu est uel quod est immobilis.

XIX 2a. *C*

XIX 2b. *SOG, ZWR* (**16/28** Deus - immobilis)

XIX 2b, **9/15** quia - nouum] *huc transposui, post* sit (XVIII 2b, 16) *uel post* immobilis (XIX, 1) *SOG* **9/10** potens non procedere] petens non procedens *G*, non *om. O* **11** primo] dicit *add. O* secundo] secundum *codd.* **13** Immobilis est Deus] *om. SG* **14/15** aliquod ... aliquod] aliquid ... aliquod *S*, aliquid ... aliquid *G* **14** non] ut *S* **16** Deus - mouens] *om. R* **17** intimus] ultimus *R* intimus - motu] *om. et in marg.* motus sine *G* **18** est²]